Regulæ, Ordinationes, & Conſtitutiones Iudiciales Cancellariæ Apoſtolicæ,

à ſanctiſſimis dominis noſtris Pontificibus ſummis, maximè Innocentio VIII, Iulio II, Clemẽte VII, Paulo III, diuina prouidentia nunc regnante, editæ, commentariis ampliſſimis cum Alfonſi Zotti & aliorum, tum præcipuè Ludouici Gomes, Hiſpani, Epiſcopi Sarnenſis, ſacri palatij apoſtolici Auditoris, vtriuſque Signaturæ Referendarij, ac ſacræ Pœnitentiariæ apoſtolicæ Regentis, nuper illuſtratæ: quibus in commentariis præter cætera non iniucundum aut infructuoſum vtriuſque Signaturæ compendium, & quingentæ ferè nouæ Deciſiones Rotæ inſeruntur, hoc aſteriſco * notatæ.

Opus ſanè varium, & Curiis ac Parlamentis ſeu tribunalibus omnibus apprimè neceſſarium.

Omnia diligenter recognita, ac ex fontibus emendata, & in indice copioſiſſimo tanquam ſpeculo quodam propoſita.

PARISIIS,
Apud Poncetum le Preux in via S. Iacobi, ſub interſignio Luppi, è regione Mathurinorum.
1546
Cum gratia & priuilegio.

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA SALAMANCA

PAVLO TERTIO PONTIFICI MAXIMO, EIDEMque Optimo, *Ludouicus Gomes Epiſcopus Sarnen. Fœlicitatem.*

AB eo ipſo die quo me ſtudiorum ardentior cura inceſſit, Beatiſſime
Pater, nihil magis præ me tuli, neque ingenuo ac ſtudioſo viro di-
gnius exiſtimaui, quàm otij ſui & ſtudiorũ rationẽ optimis Princi-
pibus, ſapientibusq; viris reddere. Hoc Ariſtoteles Alexãdro, vter-
que Plinius Tito & Traiano, ac plerique veterum, magno & excellenti viri
ingenio, maioribus ſuis pręſtiterũt: Gymnoſophiſtæ quoque, Indiæ ſapientes,
tantopere otiũ deteſtabantur, vt nõ modò ipſi temporis rationem reddere, ſed
ab alijs accipere cõſueuerint, qui priuſquam edulia menſis aponerentur, adole-
ſcentes ex diuerſis officijs conuenientes, interrogare ſoliti erant, quid boni à lu-
cis ortu tunc vſque didiciſſent: quique nihil habebat reſpondẽdum, impranſus
foras extrudebatur: pro certo habentes, id quod erat, ſicut virtutis laborẽ ita ſce
leris otium eſſe miniſtrum, nihilque agendo homines (quod Cato dictitabat)
ad malè agendum inſtrui. Quibus ego exemplis admonitus, cum Patauij ſtu-
diorum cauſa agens, aliquid fortè profeciſſem, illud in primis laborioſum opus
Martino Georgio Veneto, clariſſimo vndecunque viro, cuius opera non me-
diocrem Patauij locum fueram conſecutus, dicandũ duxi: & ibi nonnulla cõ-
ſcripſi, quorũ aliqua proximis diebus ſub auſpicio Sacratiſſimi nominis tui in
lucem prodire. Nunc verò ſupereſt, beatiſſime Pater, vt eius quoque temporis
quo iam per vndecim annos in tuo Rotæ Auditorio, veluti Diogenes, dolium
volui, cõputum tibi & rationem reddam. Quod quidem vt maturius à me fie-
ret, quæ nuper ſum pollicitus, hæc qualiacunque Cõmentaria Regularum Can
cellariæ Apoſtolicę, quibus orbis Chriſtianus magna ex parte regitur, iure tibi
illarum conditori dedico atque offero, qui vnus omnium Romanorũ Pontifi-
cum etiam maieſtatẽ ſedis Apoſtolicæ iamiam collabentem, optimis inſtitutis
atque ornamẽtis illuſtratã honoraſti. Continẽt ſiquidem earũdem interpreta-
tionem varia rerũ cognitione cõſperſam, & naſcentis Eccleſiæ ac Cancellariæ
primordia incrementa, varietatem, & noſtra vſque ad tempora progreſſum.
Cõtinent ſupra quingentas Reipublicæ perquam vtiles ac nouas Rotæ Deci-
ſiones, meo tempore collectas, per quas cauſarũ patroni, cæteríque cauſidici in-
ſtruuntur, eccleſiaſtici ordinis iudices, quid agere debeãt, admonentur, & tan-
quam adhibitis luminibus, litium tenebris fugatis, Chriſtianæ Reipublicæ ſta
tus roboratur. Quibus non iniucundum vtriuſque Signaturæ Compendium,
formulam antiquæ & nouæ curiæ demonſtrans, annexum eſt. Quo in opere
quantum elaborauerim, quantum induſtriæ ac ſtudij adhibuerim, aliorum ſit
iudicium. Et ſi homini vehementer occupato aliquid forte per incuriam exci-
derit, facilè cõdonabis. Difficile quippe fuit, Ioui Imperij ac gubernationis do
mino, & Mercurio literarũ principi, pariter inſeruire. Nam Lunã, cæteróſque
cœleſtes nunquam ab ædibus Mercurij ſeparatiores eſſe ferũt, quàm vbi Iouis
ſedes ingrediuntur. Hæc igitur pro tua humanitate, Paule optime, ſuſcipe, &
Sarnẽſem tuum (cui nihil magis cordi eſt, quàm vt tibi bonorum omnium pa
renti, ſtudij ſui fructus repẽdat) refoue. Qui ſi ingenij tui celſitudini minimè
reſponderit, dabis veniam. Nam vt es erga impios iuſtiſſimus iudex, ita eſſe
ſoles erga tui ſtudioſos indulgentiſſimus pater. Vale.

Regulæ Ordinationes & Conſtitutiones Cancellariae, Sanctiſſimi domini noſtri: domini Innocẽtij diuina prouidentia Papæ. viij. ſcriptæ & correctæ in Cancellaria Apoſtolica.

HAEC Rubrica in quolibet verbo Reuerendiſſime domine deberet pōderari. quia Rub. eſt de textu ſufficiat. l. imperator. ff. de in diem adiectione. Non curo allegare glo. in verbo titulis. in procœmio. vj. Ideo valet argu. à ſignificatione Rubri. ſufficit. l. j. §. hæc verba. ff. quod quiſque iuris. Hoc tamen eſt verum niſi in rubr. decretorum: quia non ſunt ſuſtentice ſecundum doct. in diuerſis locis. & ſufficiat gloſ. in Rub. ca. cathe. iij. q. ix. quod intelligo verum quando eſt contraria textui. vt ibi alias ſecus. Et ſic intelligo gloſ. in ca. ſacrificium. de con. diſt. ij. & ca. volumus. lxxxix. diſtin. Et circa rub. poſſem allegare tam de iure ca. quàm ciuili multas gloſ. & dicta doct. Sed quia non faciunt ad propoſitũ pro nunc obmitto. Sed hæc volui dixiſſe: quia hic ponuntur vt diuerſæ, ſcilicet regulę, ordinationes, & cõſtitutiones: quarum ſignificationes ſunt diuerſæ. licet videantur idem ſignificare. ar. l. ſi idem. C. de codi. cum glo. Nam ſimilia vocabula quæ adinuicem differunt, nunquam differunt ſine magno miniſterio. vt dicit Bal. in. l. ex legato. C. de leg. per. d. l. ſi idem. Et ne ſim longus obmitto pro nunc. Sed ex iſta Rub. ſequitur quòd conſtitutiones hic contente nō ſolum debent obſeruari in Cancellaria & in curia: ſed in vniuerſo orbe, exceptis illis quæ concernunt expeditiones literarum quæ non ſunt dandę indiſtincte: vt. j. latius dicam. Et dicuntur Cancellariæ, id eſt, iuſtitiæ. vt latius. j. ſubmittam. Et vnum quodque verbum hic poſitũ deberet pōderari. Sed quia expertus loquor non video fore iuſtum dicere hic iſta quæ æqualiter ſunt puerilia. Proteſtor tamen. R. P. quòd nolo multũ allegare, ſed tantum aliqua facientia ad caſum & obmittam ſuperflua, & imitabor iuriſconſultum in. l. ſi quis obrepſerit. ff. de fal. & glo. in ca. tales. xxiij. diſt. & ca. fi. de ætate & quali. maxime pro tanto domino, pro tantáque curia vbi verba inter literatos dicuntur pauca & compendioſa, & ſic debet fieri de iure. ar. ca. diffinimus. in fi. xvij. quæſt. ij.

Rub. quid ſit de tex.

Conſtitutiones Cancellariæ quare ita dicantur.

Procœmium.

SAnctiſſimus in Chriſto pater & dominus noſter. D. Innoc. diuina prouidentia Papa. viij. ſuorũ prædeceſſorum veſtigiis inhærẽdo normam & ordinem gerẽdis dare volens, in craſtinũ aſſumptionis ſuæ ad ſummi Apoſtolatus apicẽ, videlicet die. xxx. menſ. Auguſt. Anni à natiuitat. domini, M.CCCCLXXXIIII. reſeruationes, cõſtitutiones, & regulas infra ſcriptas: quas etiã extunc ſuo tẽpore obſeruari voluit, & quas de eius mãdato, &c. Nos Rodericus miſeratione diuina epiſcopus Portuen. ſanctæ Romanæ eccleſiæ Vicecancellarius, die Lunæ. xiii. menſis Septembris in Cancellaria apoſtolica fecimus publicari.

HIc vnus curioſus. R. P. dubitauit vbi ego non dubito, ſed pro ſimplicibus curialibus ſubiungam quòd aut forte eſſet vitium impreſſoris, aut vitium ordinatoris huius procœmij. quia Papa fuit creatus die dominica. xxix. Auguſ. ergo ſequitur q́ hic male dicitur de. xxx. die. Sed certe ſalua auctoritate. D. T. & etiam illius qui hoc aſſereret bene poſſumus ſaluare hanc literam, quia ſi dictio, videlicet, hic poſita referatur ad illud verbum in craſtinum tunc bene ſtat. q. d. quòd licet Papa fuerit electus. xxix. tamen in craſtinum, id eſt, alia die ſequenti quæ fuit. xxx. fecit iſtas regulas. & ſic nō eſt vitium impreſſoris, nec vitium ordinatoris. Sed ſi referatur ad verba ſuæ aſſumptionis, quòd eſt propoſita quòd ſit intellectus, quòd ea die. xxx. fuit aſſumptus tunc eſſet mala ſententia, quia non fuit factus niſi die. xxix. & hoc eſſet bene punctuare: quia dictio, videlicet, eſt reſtrictiua termini cui adiungitur. vt notatur per gloſ. & Bar. in. l. quæſitum. ff. de fun. inſtru. Et ſemper debemus virgulare & punctuare diſpoſitionem, ſalua ratione recti ſermonis cũ illo verbo, cui magis congruit, vt notanter dicit Bal. in. l. j. C. de liberis præto. Sed vt euitemus incongruitatem ſententiæ melius eſt punctuare primo modo per iura vulgaria, ſufficiat pro nunc. ca. marchioni & baſilides. j. q. i. cur tamen in regulis Sixti, vbi quaſi eadem verba dicuntur de decima die qua fuit electus Sixtus, & dictio videlicet ibi poſita refertur ad verbum aſſumptionis, &

Videlicet, dicitur dictio reſtrictiua termini cui adiungitur.

diſtãtibus, q̃ ratio nõ militat quãdo reſignatio fit in partibus, & ſic extra curiã, quia ex quo debet fieri in loco, minus tẽpus requiritur, & ideo vnus mẽſis aſſignatur. ¶ Et ſic cũ laude Dei ſit expedita iſta regula de publicãdis, circa quã lõgè plura excogitare poterit curioſus, q̃ mihi iã vehemẽter occupato nõ occurrũt. Nã hic trahi poſſet tota materia regulæ de publicãdis acceptationibus in gratiis expectatiuis, q̃ cõſimilẽ & quodãmodo affinẽ materiã cõtinet. Sed quia ſup illa regula plures deciſiones ſcripſit D. Guiel. ac etiã ꝓpter nouas prouiſiones q̃ quotidie ab acceptãtibus faciliter ꝓcurãtur, propter quas tollitur diligẽtia publicãdi, & ꝑ cõſequens prouiſio iſtius regulæ, ideo ſup ea nihil dicã, ꝑſertim quia illa regula non ponitur inter iudiciales. Nõ tamẽ omittã ꝓ cõplemento iſtius regulæ, ac etiã ne illa q̃ ſunt notatu digna, penitus ignorẽtur, ꝙ circa illã regulã de publicãdis acceptationibus tẽporibus D. Iaco. Simonetta in Rota vnũ notabile dubiũ deciſum fuit, de quo D. Guiel. nõ facit mẽtionẽ. Sed ipſe idẽ Iacobus de illo meminit in trac. ſuo reſeruationũ. fol. lxxij. Dubiũ igitur fuit, nũquid illi regulæ de publicãdis acceptationibus, q̃ expreſſe de expectatiuis loquitur, ſubiiciãtur reſeruatiões q̃ habẽt beneficiũ acceptãdi. Plura hinc inde diſputationis gratia dicebãtur, tandẽ Rota in iſtã ſentẽtiã inclinauit, ꝙ ſic, ex eo, quia tales reſeruationes appellari poſſunt expectatiuæ pinguiores, & quia ratio publicationis ne expectatiuus acceptans ſi nõ publicet, plura beneficia inuoluat, militat in tali reſeruatione. Ita cõcluſerũt Domini, vt latius ibi per eũ. Et ꝓ iſta etiã tẽpore meo fuit in Rota cõcluſum in vna Hiſpalen. canonicatus & præb. corã D. Paulo Capiſucco, die. xxv. Octob. M.D.xxix. ꝙ quãdã gratia ꝑ Leonẽ X. cõceſſa cuidã Petro Xuarez ad canonicatũ & preb. & ad quęcũq; beneficia etiã reſeruata, etiã ſeruitoria, & cũ clauſula ſuſpẽſiua cũm gratiarũ expectatiuarũ, & clauſulã anteferri, &c. diceretur expectatiua pinguis, licet in ea daretur poteſtas acceptãdi beneficia ſeruitoria & reſeruata: & clauſula ſuſpẽſiua aliarũ expectatiuarũ, q̃ nõ ſolẽt ſecũdũ regulas cõcedi expectãtibus, vt patet in regulis expectatiuarũ Leonis, Clemẽtis & Pauli. Verũ quia in. d. gratia dabatur facultas acceptãdi, ac creatio in canonicũ, & clauſula anteferri, q̃ ſunt particularia expectantiũ, fuit cõcluſũ dictã gratiã eſſe expectatiuã pinguẽ, & illã ſubiici regulis de expectatiuis loquẽtib⁹: quod eſt notãdũ ad regulã ꝓuiſionũ, & alias regulas de expectatiuis loquẽtes. Poſtremò quid importẽt illa verba ĩ regula iſta poſita, videlicet, & ĩde ſequuta quęcũq;, &c. dixi in regula de annali. q. lxxviij. Iuxta ꝓdicta poſſet hic etiã dubitari de vna. q. q̃ ponẽda erat ſuprà. q. ix. ſup qua aliàs cõſuluit Ioachinus de Narnia, in cauſa Coloni. præb. S. Seuerini, videlicet nũquid publicatio facta in domo ſiue loco capitulari qui eſt ĩ ambitũ eccleſiæ, valeret: & cõſuluit ꝙ ſic, quia licet regula requirat locũ beneficij, illud ſit ad effectũ vt magis innoteſcat: & in tali publicatione finis ſeruatur illo modo: quia illud quod fit infra ambitũ, dicitur in loco fieri. c. de fabrica. de cõſec. diſt. j. l. ij. de verb. ſig. & c. ſi cuitas. de ſenten. excõ. lib. vj. cũ vulg. & quia videmus quòd aliquando publicatio toleratur, ſi facta fuerit coram honeſtis perſonis & teſtibus. gloſſ. in verbo beneficiorum. in cle. cauſam. de elect. ſicut videmus in appellatione fieri, vt dicit gloſ. in. l. cum quidam. ff. de appellatio. tanto fortius in caſu noſtro quando fit coram canonicis in loco capitulari.

Regulæ de publicandis acceptationibus.

Reſeruationes quãdo ſoleãt appellari expectatiuæ pingues.

REGVLA QVOD COMMISSIONI POST CONcluſionem non ſtetur, niſi derogetur concluſioni.

ITem ſtatuit & ordinauit, quòd in commiſſionibus ſeu mandatis etiam conſiſtorialibus per eũ, ſeu de eius mandato vel authoritate in cauſis in quibus concluſum exiſtat, in poſterum concedendis, etiam ſi in eis de concluſione huiuſmodi implicitè vel explicitè mẽtio facta fuerit, nihil cẽſeatur eſſe conceſſum, niſi per conceſſionẽ commiſſionis huiuſmodi, concluſioni derogetur expreſſe.

Non ſtare commiſſioni poſt cõcluſionem.

ISta regula q̃ de cõcluſione loquitur, finẽ & cõcluſionẽ apponit regulis iudicialibus, & præſenti tractatui. Nã iſta regula etiã vltima eſt iudicialiũ, vt hic etiã Gloſſator aduertit, & ita in libro regularũ Rotę vltima ponitur. Circa quã nihil omnino niſi remiſſimè ſcribã, ex eo, quia hodie ꝓpter facile cõcluſionis derogationẽ, q̃ ꝑ proceſſum ad vlteriora, & reſpõſionẽ dominorũ auditorũ fit, parũ practicatur, & ob eam fortè cauſam de ea D. Guiel. Caſſiodorus nihil in deciſionibus ſuis ſcripſit, quamuis per. xij. annos ea q̃ in Rota geſta fuere, circa regulas obſeruauerit. Et ego per. xj. annos quibus in Rota verſor, nunq̃ vidi de ea excipi: ꝓpterea vanũ erit tẽpora, q̃ mihi nõ ſunt reliqua inutilibus conſumere. Quãobrẽ circa iſtã regulã remiſſimè vidẽda ſunt q̃ dicit Fely. in. c. nõnulli. in. xj. col. verſi. tertia declaratio. & in. c. ſuper literis. in. ix. col. verſi. amplia adhuc. & in col. xj. verſi. & ad ſextã regulã, &c. de reſcrip. quibus locis de regula iſta mẽtionẽ facit. Et ante ipſum latius regulã iſtã diſcutit Ro. in cõſ. clxxvj. incip. iſtæ ſunt. col. vlti. vbi pleniſſimè loquitur, & plures alij, qui breuitatis cauſa omittuntur. Et ideo iſta ſufficiant pro complemento præſentis tractatus. Et dum tempus dabitur, fortè ſecundam partem regularum, quæ in literis expediendis verſatur, quæ alium iuſtum tomum requirere videtur, aggrediar: quæ quidem regulæ ideo non dantur, quia in iudiciis non producuntur, & ob [illegible] cauſam extraiudiciales appellantur.

Regularum, ordinationum & conſtitutionum Cancellariæ apoſtolicæ, editarum partim ab Innocentio papa VIII, partim à Iulio II, partim à Clemente VII, partim à Paulo III. Ad hæc regularum item Cancellariæ apoſtolicæ iudicialium in libro Rotæ inſcriptarum, cum commentariis tum aliorum, tum maximè R. P. D. Ludouici Gomes, epiſcopi Sarnen. ſacri palatii apoſtolici Auditoris, vtriuſque ſignaturæ Referendarii, ac ſacræ Pœnitentiariæ apoſtolicæ regentis, in omnes & ſingulas earum, diligenter recognitis & emendatis, inſuper & indice rerum maximè inſignium ampliſſime illuſtratis finis.

Imprimebat [illegible] Aprilis in alma Pariſiorum Lutetia, expenſis honeſti viri Poncetii le Preux bibliopolæ iurati in eadem vniuerſitate. Anno domini M. D. XLV. pridie Cal. Nouembr.

Cum gratia & Priuilegio.

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA SALAMANCA